



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 37. Galli Salsularum obsidionem solvere compulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XVI. A.C. 1503. mine postea Imperatrix, ac Hispaniæ Regina, eoquod cum Carolo V. tum Imperatore desponsata esset, salutata fuit.

§. XXXVII.

Galli Salsularum obsidionem solvere compulsi.

Marian. lib. 28. n. 21.

Affidue fervebant Gallorum Salsulas urbem obsidentium studia, ac diu noctuque muralibus tormentis mœnia tanto impetu quatiebantur, ut oppugnatione puncto quidem temporis intermissa, magna altioris turris pars everfa, & terreus agger, cui nondum ultima manus accefferat, penitus ferme destructus esset, quapropter Hispani ejus præsidio haud amplius tuti, illo excedere, ac nova retro propugnacula erigere decernunt; priusquam vero consilium exequerentur, per hunc aggerem cuniculum agunt, eumque pulvere pyrio replent, cumque Galli turmatim ascenderent, igne ab Hispanis subjecto, aggerem violenta vis ignium in sublime rapuit, Gallosque quadringentos rursus decidertium saxorum impetus oppressit: Præterea Albenfis Dux, cum in exercitu suo decem millia peditum, equitumque mille quingentos, præter Cataphractorum quadringentos recenseret, sat virium habebat.

bebat, ut in aperto campo bellum gereret, unde die decima tertia Octobris relictis castris in Gallos movit, & aliquamdiu instructam tenuit aciem, ac non nisi sole inclinato recessit: Rex quoque Ferdinandus die decima nona ejusdem Mensis, copiis suis Gerundæ collectis, Perpinianum contendit, atque exercitum in duo agmina diviso, altero Gallis militum suppetias, atque com meatum interclusit, altero autem, cui ipse præerat, obfidentes continenti præliolacessivit, quapropter Galli, quibus Narbonnensis Vicecomes imperabat, Hispani Regis potentiae resistendo impares, eadem nocte obsidionem diuturnam satis, jamque in quadragesimum diem effluentem solvunt, pedemque tam præcipiti fuga referunt, ut potissimum belli apparatus, & sarcinas suas in castris Victoribus relinquere compulsi essent, in hoc solo providi, quod inscio penitus Rege Catholico belli tormenta Narbonnam præmisissent.

Sæcul. XVI.
A.C. 1503.

§. XXXVIII.

Induciæ Gallos inter, & Hispanos.

Adversa hæc Gallorum fortuna Occitaniam, atque Aquitanniam Ferdinandi Regis arbitrio exposuit, cujus etiam copiae in utramque Provinciam populabundæ excurrerunt, ingentemque stragem edide-

Mariana Hb
28. n. 23.